

Cambridge University Press

978-1-108-04251-2 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 1: Liber Albus

Compiled A.D. 1419

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

L I B E R A L B U S .

Qui “Liber Albus” erat, nunc est contrarius albo,
Factus et est unctis pollicibusque niger.
Dum tamen est extans, istum describite librum ;
Ne, semel amisso, postea nullus erit.
Quod si nullus erit—nonnulla est nostraque culpa,—
Hei ! pretii summi, perdita gemma, Vale !

A

Cambridge University Press

978-1-108-04251-2 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 1: Liber Albus

Compiled A.D. 1419

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

J. Carpenter.

Cambridge University Press

978-1-108-04251-2 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 1: Liber Albus

Compiled A.D. 1419

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

LIBER ALBUS.

[PROCEMIUM.]

QUIA labilitas humanæ memoriae, brevitasque vitæ,
de singulis rebus memorandis, licet scriptis—præsertim
irregulariter et confuse,—et multo magis de non scriptis,
certam habere notitiam non permittunt; cumque, per
frequentes pestilentias, subtractis velut insimul cunctis
gubernatoribus longævis magis expertis et discretiori-
bus Civitatis Regalis Londoniarum, juniores eis in civi-
tatis regimine succedentes in variis casibus, pro defectu
scripturæ nimirum, saepius ambigebant; unde super
judiciis reddendis controversia et perplexitas inter eos
pluries causabantur: necessarium videbatur a diu, tam
superioribus quam subditis dictæ civitatis, quoddam
volumen, (quod “Repertorium,” a contento in eo civi-
tatis regimine, diceretur,) ex notabilibus memorandis
tam in libris,¹ rotulis, quam in chartis dictæ civitatis
inordinate diffuseque positis, compilari. Et quia dictum
propositum, (qua de causa nescitur, nisi propter
laborem nimum,) hactenus non fuerat executum,

F. I. a.

¹ *Et* is, perhaps, accidentally omitted here, as it is found in a corre-
sponding passage at the beginning of the Fourth Book.

Cambridge University Press

978-1-108-04251-2 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 1: Liber Albus

Compiled A.D. 1419

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

tempore Majoratus nobilis viri Ricardi Whityngtoni, Majoris dictæ civitatis, anno videlicet Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo decimo nono, regni vero Regis Henrici Quinti post Conquæstum septimo, mense Novembbris, hujusmodi volumen annuente Domino compilatur; continens in se tam laudabiles obseruantias non scriptas, in dicta civitate fieri solitas et approbatas, ne posterius deleat ipsas oblivio, quam notabilia memoranda, modo quo prædictitur sparsim et inordinate scripta; ut securius, per ea cognita, sciant tam superiores quam subditi dictæ civitatis quid in casibus rarís et insolitis de cætero sit agendum, etc.

¹ Et ut facilius inveniatur quod a lectoribus quæratur in hoc libro, præsens volumen in Quatuor Libros et quilibet Liber in certas partes per suos articulos et capitula distinguetur; quæ, per separalia Tabulas et Kalendaria ante cujuslibet librorum prædictorum initium titulata, manifestius apparebunt, etc. Et primo, Kalendare sive Tabula Capitularis Primi Libri, qui dividitur in Duas Partes, subsequenter patet.

Est Proœmium præscriptum, in quo continetur causa quare iste liber factus fuit, etc.

F. I. b. Continet divisionem totius operis in Libros, Librorum in Partes, Partium in Capitula et Articulos, etc.

[LIBRI PRIMI PARS PRIMA.]

1. De tribus principalibus officiis Londoniarum, vide-licet—Majoratu, Aldermannatu, et Vicecomitatu.

2. Quomodo qui nunc “Major” olim “Portigravius,” et postea “Justiciarius,” vocabatur.

Quando incepit in Londoniis nomen “Majoris,” etc.

¹ *Est* in the Elizabethan copy. Illegible in the original.

Cambridge University Press

978-1-108-04251-2 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 1: Liber Albus

Compiled A.D. 1419

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

PT I.]

CONTENTS OF THE FIRST BOOK.

5

Quomodo olim idem erat Major et Camerarius, etc.

Quomodo Major aliquando supplebat vicem Coronatoris, sub nomine Camerarii.

Item, quomodo quatuor Aldermanni, virtute litterarum regiarum, olim electi fuerunt Custodes civitatis, in absentia Johannis Le Blount, Majoris civitatis, etc.

3. Causa et quando factus erat Custos in Londoniis loco Majoris, etc.

Quamdiu Custos duravit in Londoniis, etc.

Quare de cætero Custos non fiet in Londoniis, etc.

Quomodo Sigillum Commune fuit olim in custodia Majoris, etc.

4. Qualiter præcavetur de tumultu faciendo in electionibus Majorum et Vicecomitum, etc.

Quomodo Major antiquitus eligebatur in festo Apostolorum Simonis et Judæ, et in crastino Baronibus apud Westmonasterium præsentatus, et admissus.

5. Quomodo Communarii aliquando vendicabant solum ad nominandum Majorem, etc.

Quod in electione Majoris, nominentur per Communarios duæ personæ discretissimæ et sufficientissimæ, quæ sint Aldermanni, et Vicecomites extiterunt; quorum unus eligatur, per Aldermannorum scrutinium, in Majorem, etc.

Qualiter et quomodo scrutinium fiet, etc.

Quomodo Major non manebit in officio suo ultra annum, nisi voluerit ad rogatum civitatis, etc.

Quomodo Majores ex antiquo modicum expendebant, etc.

De commendatione veteris Majoris, antequam ab officio partiretur.

De modo et ritu usitato super electione novi Majoris, etc.

Cambridge University Press

978-1-108-04251-2 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 1: Liber Albus

Compiled A.D. 1419

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

F. II. a. 6. De modo quo recipere solet Major sacramentum suum apud Guyhaldam, in die Apostolorum Simonis et Judæ, etc.

Quod est Majoris sacramentum, etc.

Recommendatio Majoris præteriti.

De mutatione ¹ sessionis Majorum veteris et novi, etc.

Gladius portatus coram Majore veteri, etc.

Causa quare Major præteritus ex urgenti causa officium suum per totum dictum diem exercebit, etc.

7. De modo faciendi in crastino Apostolorum Simonis et Judæ, quando Major in Scaccario suum recipiet sacramentum, etc.

Quomodo Major præteritus jurabit ad fidelem compotum faciendum in Scaccario, pro officio Escaetriæ, etc.

De Attornatis faciendis pro civitate ibidem et in omnibus placeis et curiis regiis, etc.

De modo deducendi totum diem post nonam, etc.

De præsentando Majorem apud Turrim, si Scaccarium vacet, etc.

8. De certis aliis observantiis et ritibus in diversis festis subscriptis Londoniis; videlicet, eundo—

In festis Omnium Sanctorum } de Sancto Thoma de
Natalis Domini } Accone usque ad Sanc-
Sancti Stephani } tum Paulum, etc.
Sancti Johannis Evangelistæ }

In festo Sanctorum Innocentium, ad } ad Sanctum Tho-
Vesperas } mam de Accone
Et in crastino, videlicet in festo } tantum.
.Sancti Thomæ ²

¹ *Cessionis* in the original.

² There is an erasure after this

word, of the word *Martyris* ap-

parently.

Cambridge University Press

978-1-108-04251-2 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 1: Liber Albus

Compiled A.D. 1419

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

PT I.]

CONTENTS OF THE FIRST BOOK.

7

In festis Circumcisionis, Epiphaniæ Domini, et Purificationis Beatæ Mariæ, de Sancto Thoma usque ad Sanctum Paulum, ut supra, etc.

In septimana Paschæ, videlicet diebus Lunæ, Martis, et Mercurii, ad Hospitale Beatæ Mariæ extra Bysshoppesgate.

Die Lunæ in Septimana Pentecostes, de Sancto Petro de Cornhill ad Sanctum Paulum.

Die Martis, de Prioratu Sancti Bartholomæi usque Sanctum Paulum.

Die Mercurii, de Sancto ¹Thoma de Acres ad Sanctum Paulum.

De duobus nobilibus datis annuatim servientibus per Rectores civitatis Londoniarum.

De decem solidis datis annuatim eisdem per Archidiaconum Middelsexiæ.

De sex solidis et octo denariis datis annuatim eisdem per Archidiaconum Essexiæ.

9. Pœna de electo in Majorem se absentante in festis Translationis Sancti Edwardi et Sanctorum Simonis et Judæ, etc.

Pœna de Aldermannis se absentantibus, etc.

Pœna de electo in Vicecomitem se absentante, etc.

Quomodo et in quo pœna de electo in Majorem absentante fuit executa..

F. II. b.

10. ²Ethimologacio hujus nominis “Aldermannii.”

Item, quid est pensanda senectus in Aldermanno.

Quomodo qui nunc “Aldermannus,” olim “Judex” et “Justiciarius,” et postea “Baro,” vocabatur.

¹ The word *Thoma* has been erased and replaced.

been altered to *Etyimologizatio*; a form somewhat more consistent with its own *etymology*.

² Had this been a classical word, it might, with good reason, have

Cambridge University Press

978-1-108-04251-2 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 1: Liber Albus

Compiled A.D. 1419

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

Quomodo et quare qui nunc “Judices” olim
“Lagemanni” vocabantur.

De veteri ritu et honesto circa sepulturam Aldermanorum observato.

De quibus virtutibus et conditionibus commendaretur et dinosceretur Aldermannus, antequam acceptetur.

(Nota præcipue, quod conditio servilis in Aldermanno nec in alio cive tolerari potest.)

Quomodo Aldermannus a nomine Wardæ, cui præsidet, dicitur.

Et olim Warda a nomine Aldermanni dicebatur.

Quomodo Aldermanni ponendi non sunt in Inquisitionibus.

Sed nota, ubi et pro quo Aldermanni positi fuerunt in Inquisitione.

Et nota, quod Aldermanni non alienabunt vesturam suam, de liberata et secta Majoris et Aldermannorum, infra primum annum.

Quomodo Aldermanni nihil solvere solebant pro irrotulationibus chartarum sive factorum ad ipsos pertinentium, etc.

De pœna castigationis insultum facientium, mentientium, et scandalizantium Aldermannos, etc.

Quomodo olim non erant amobiles Aldermanni, nisi per mortem vel enorme delictum.

Quomodo postea fuerunt Aldermanni annuatim amoti, etc., et alii de novo electi, etc.

Quomodo nunc Aldermanni amobiles non existant, nisi causa rationabilis interfuerit.

11. Quid est Wardemotum, etc.

Quomodo quæ nos vocamus “Wardemota,” Romani quondam “Plebiscita,” Saxones vero “Folkesmote,” vocabant.

Quomodo pluries in anno quondam tenebant Wardemota. Ac modus tenendi Wardemota, etc.

Cambridge University Press

978-1-108-04251-2 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 1: Liber Albus

Compiled A.D. 1419

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

PT I.]

CONTENTS OF THE FIRST BOOK.

9

Quomodo Aldermannus Inquisitionem de Wardemoto suo coram Majorem, ad Generalem Curiam suam, præsentabit.

Quid et quomodo fiet postea cum de et super Inquisitione prædicta.

Quod Aldermannus puniet officarios Wardæ suæ, sub se, remissos et negligentes.

12. De modo electionis Aldermannni infra quindecim F. III. a. dies.

Interesse Majoris et Aldermannorum eligendi ultra dictos xv. dies.

Pœna recusantis onus et officium Aldermannni.

Sacramentum Aldermannni electi et admissi.

Item, interesse Majoris et Aldermannorum ad eligendum, si præsentatus non fuerit admittendus, pro certis causis, ut patet.

13. Modus tenendi Commune Consilium.

Pœna interessentium non summonitorum.

Quomodo discutietur et examinabitur materia quæstionis et controversiæ, unde leviter concordare non potuerint in Communi Consilio.

Pœna summonitorum non venientium.

Sacramentum hominum de Communi Consilio.

Modus Communis Consilii ex antiquo, et quid venit inde.

Approbatio modi moderni.

14. De Vicecomitibus Londoniarum.

Quomodo Vicecomites sunt judices et executores judiciorum.

Quomodo Vicecomites dicuntur "Majoris oculi."

De obedientia Vicecomitum facienda Majori pro tempore existente.

Quomodo omnis differentia et debata inter Viceco-

10

LIBER ALBUS.

[B. I.]

mites et alios quoscumque per Majorem et Aldermannos
 debet terminari.

15. De Recordatore Londoniarum, et ejus officio.

Item, de feodo et ¹sacramento suo.

16. Modus electionis Vicecomitum.

Quod Major eliget unum Vicecomitem, pro quo
 voluerit respondere.

Et quod Communitas eligat alterum Vicecomitem,
 pro quo similiter, etc.

Quomodo terminabitur controversia super electione,
 etc.

Poena electi in Vicecomitem se absentantis et recusantis
 jurare, etc.

Deliberatio Coketti ² per antiquos Vicecomites ad
 Majorem.

Deliberatio Recordorum Vicecomitum coram Majore,
 etc.

Reliberatio Coketti per Majorem ad novos Vicecomites.

Et reliberatio Recordorum ³ Communi Clerico, etc.—
 Ac ⁴sacramentum Vicecomitum.

F. III. b. 17. Sacramentum omnium ministrorum Vicecomitum.

Poena recusantis sacramentum faciendum.

Quid novi Vicecomites facient, post prandium, die
 jurationis sueæ.

Quomodo post nonam, in Vigilia Sancti Michaelis,
 omnia pertinent novis Vicecomitibus.

Ante nonam, antiquis Vicecomitibus.

Item, quod Vicecomites non capiant de pistoribus
 aliter quam ordinatur, sub poena, etc.

¹ This is a mistake.—The Re-
 corder's Oath is not mentioned in
 the 15th Chapter.

² This delivery to the Mayor is
 omitted in the Chapter.

³ To the Chamberlain, as stated
 in C. 16.

⁴ This Oath is omitted.